



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

Caput XIII. Quartam funeralium Cathedrales, vel Parochiales Ecclesiæ  
recipiant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

S<sup>r</sup>c<sup>o</sup>cul. XVI „omnes, & singulos, pro Christiana cha-  
A C 1563. „ritate, debitoque erga Pastores suos  
„munere, ut de bonis sibi a Deo colla-  
„tis, Episcopis, & Parochis, qui tenuio-  
„ribus præfunt Ecclesiis, large subve-  
„nire ad Dei laudem, atque ad Pa-  
„storum suorum, qui pro eis invigilant,  
„dignitatem tuendam, non graventur.

## §. LXXXV.

*De juribus exequiarum.*

## CAPUT XIII.

*Quartam funeralium Cathedrales, vel Pa-  
rochiales Ecclesiæ recipiant.*

„Decernit sancta Synodus, ut quibus-  
„cunque in locis, jam ante annos  
„quadraginta, quarta, quæ Funeralium  
„dicitur, Cathedrali, aut Parochiali  
„Ecclesiæ solita esset persolvi, ac po-  
„stea fuerit ex quocunque privilegio a-  
„liis monasteriis, hospitalibus, aut qui-  
„buscunque locis piis concessa, eadem  
„posthac integro jure, & eadem por-  
„tione, quæ antea solebat, Cathedrali,  
„seu Parochiali Ecclesiæ persolvatur,  
„non obstantibus concessionibus, gra-  
„tiis, privilegiis, etiam Mari magno  
„nuncupatis, aut aliis quibuscunque.

Hoc decretum a Synodo editum est,  
ut moderaretur plurium divitum usus,  
qui sepulturas suas in monasteriis seli-  
gebant

gebant cum præjudicio Ecclesiarum Sæcul.XVI.  
Cathedralium, & Parochialium: qua- A.C.1563.  
propter præcepit Synodus, ut semper,  
in quocunque loco sit sepultura, Eccle-  
siæ illi, ex qua defunctus Sacra-  
menta recepit, & Divino Officio interfuit,  
quarta funeralis, veluti legitima relin-  
quatur, quæ vulgo portio Canonica vo-  
catur: diversa vero est illius summa  
pro diverso locorum usu: in Galliis au-  
tem hæc portio non est usitata.

### §. LXXXVI.

#### *De Concubinariis.*

#### CAPUT XIV.

#### *De Pænis contra Clericos Concu- binarios.*

„Quam turpe, ac Clericorum nomine,  
„qui se divino cultui addixerunt,  
„sit indignum, in impudicitiae sordibus,  
„immundoque concubinatu versari, fa-  
„tis res ipsa communi fidelium omnium  
„offensione, summoque clericalis mili-  
„tiæ dedecore testatur: ut igitur ad  
„eam, quam decet, continentiam, ac  
„vitæ integritatem ministri Ecclesiæ  
„revocentur, populusque hinc eos ma-  
„gis discat revereri, quo illos vita ho-  
„nestiores cognoverit: prohibet sancta  
„Synodus quibuscumque Clericis, ne  
„concubinas, aut alias mulieres, de  
„quibus